

tus fuerit, contractus locationis non constitisse magis declaratur: nemo enim sibi jure possessionem<sup>49</sup> mutare potest.

24. *Idem*, AA. et CC. Antonino.

Contractus locationis conductionis, non intervenientibus etiam instrumentis<sup>51</sup>, ratus habeatur: secundum quod heredes<sup>52</sup> conductoris, etsi non intervenient instrumenta, non uxorem<sup>53</sup> convenire debes. Sane de posteriore tempore, quo conductricem ipsam proponis fuisse, adesse fidem precibus tuis probans, pensiones integras ab ea pete.

25. *Idem*, AA. et CC. Epagatho.

Si quis conductionis titulo agrum, vel aliam quamcumque rem accepit: possessionem prius restituere<sup>54</sup> debet, et tunc de proprietate litigare.

26. *Idem*, AA. et CC. Opioni et Hermogeni.

Si conductionis impensis fidem, ejusdem rei gratia factum instrumentum<sup>55</sup> evanuit. Quod si quid vestrum in fundo fuit, vel vi direptum est, hoc restitu<sup>56</sup> vobis praesens provinciae jubebit.

27. *Idem*, AA. et CC. Neroni.

Si tibi, que pro colonis conducti predii prorogasti, dominus fundi stipulanti dare spondit, competens iudex reddi tibi jubebit: nam si conuentio placiti fine stetit: ex nudo<sup>57</sup> pacto, perspicis actionem jure nostro nasci non posse.

28. *Idem*, AA. et CC. Neroni.

In iudicio tam locati quam conducti, dolum<sup>58</sup>, et custodiad, non etiam casum<sup>59</sup>, cui resisti non potest, venire constat.

29. *Idem*, AA. et CC. Juliano.

Cum conductorem aedificia, que suspectis integra, destruxisse proponis, haec etiam heredes<sup>60</sup> ejus praesens provinciae instaurare, aedificiorum inter vos habita ratione jubebit.

30. Imp. THEOD. et VALENT. AA. Florentio P. P.

Curialls, neque procurator<sup>61</sup>, neque conductor<sup>62</sup> alienarum rerum, nec fidejussor, aut mandator conductoris existat: aliquin nullam obligationem que locatori, neque conductori ex hujusmodi contractu committere sancimus.

31. Imp. LEO A. Aspari magistro militum.

Milites nostros alienarum rerum conductores<sup>63</sup>, seu procuratores<sup>64</sup>, aut fidejussors<sup>65</sup>, vel mandatores conductorum fieri prohibemus: ne, omiso armorum usu, ad opus rurestre se conferant, et vicinis graves presumptione cinguli militaris existant. Armis<sup>66</sup> autem, non privatis negotiis occupentur: ut numeris<sup>67</sup>, et signis suis jugiter inherentes, rem publicam, a qua aluntur, ab omni bellorum necessitate defendant.

32. Imp. ZENO A. Adamantino P. P.

Ne cui licet, qui aliquam domum alienam, vel locum, aut ergasterium nomine conductionis acceptit, alteri qui post eum domini voluntate ad eandem conductionem accessit, item inferre, quasi rem illicitam, aut agenti damnosum tentaverit: sed patere facultatem dominis domos [suis] vel ergasteria, vel loca cui voluerint locandi: ipsis nihilominus qui conduxerint, ab omni super hoc molestia liberis conservandis: nisi forte paga per scripturam<sup>68</sup> specialiter inita cum dominis, vel cum his qui postea conduxerint, legibus videlicet cognita, agentis intentionibus suffragentur. Quod si quis hujusmodi controversias sacris jussionibus interdictam, crediderit commovendam: si privatus est, acriter cesus exiliis subeat pena: si militat, decem libarum auri dispendio feriatur.

33.

Hac constitutio permitit utriusque, tam locatori quam conductori, ut licet intra annum conductionem solvere, tam in Italia, quam in omnibus provinciis: ac ne peccam quidem velut ex transgressione prestare: nisi contractus initio specialiter huic legi valedixerint<sup>69</sup>, aut crita scripturam renunciarint.

34. *Idem*, A. Sebastianio P. P.

Conductores alienarum rerum seu alienam cuiuslibet rei possessionem precario detinentes, seu heredes<sup>70</sup> eorum, si non eam dominis recuperare voluntibus restituerint, sed item usque ad definitivam sententiam expectaverint: non solum rem locatam, sed etiam estimationem ejus victrici

<sup>40</sup> L. 5, § 19. D. de adquir. vel amitt. posses. L. 55, § 1, D. de usurp. — <sup>41</sup> L. 9, supr. L. 11, D. b. — <sup>42</sup> L. 10, supr.; L. 29, L. 54, infr.; L. 9, § 2, D. eod. — <sup>43</sup> L. 1, supr. L. 1, supr. unde vi. — <sup>44</sup> L. 11, § 3, D. b. — <sup>45</sup> L. 5, supr. depos. L. ult. supr. ad ex. lib. L. 2, supr. de conduct. ex lege. — <sup>46</sup> L. 12, supr. b. t. L. 25, § 2, 4, 8, 5, D. eod. — <sup>47</sup> L. 10, supr. de part. i. — <sup>48</sup> 4, D. eod. — <sup>49</sup> L. 5, Inst. L. 5, § 2, 6, D. b. t. — <sup>50</sup> L. 4, 7, § 4, D. eod. — <sup>51</sup> L. 54, infr. de dictur. — <sup>52</sup> L. 4, D. b. t. *adde* L. 15, L. 16, infr. de re missa; N. 116, e. 1. — <sup>53</sup> L. ult. infr. L. 4, D. b. t. L. 15, L. 1, supr. de episcop. aud. — <sup>54</sup> L. 8, § 2, D. L. 12, supr. de procur. L. 5, supr. de conduct. ex cur. — <sup>55</sup> L. 19, supr. de fide iustrum. — <sup>56</sup> L. 32, in fin. supr. de episcop. aud. *confessio* N. 7, e. 3, § 2; N. 129, e. 8, Auth. qui reca. supr. de sarcos. eccles., L. 54, § 2; L. 55, *adde* L. 2, D. si ager rectig.

parti ad similitudinem invasoris<sup>61</sup> alienae possessionis præbere compellantur.

35. Imp. JUSTIN. A. ad Senatum.

Licet retro principes multa de militibus<sup>62</sup> qui aliepas possessiones, vel domos conductionis titulo procurandas suscipiant, sanxisse manifestum est: tamen quia res sic est contempta, ut neque intermissionis sacra-tissima constitutionis militis memores, ad hujusmodi sordida audeant venire ministeria, et relicits studiis publicis, signisque vicitribus, ad conductiones alienarum rerum prosilire, et armorum atrocitatem non in hostes ostendere: sed contra vicinos, et forsitan etiam adversus ipsos miseros colonos quos procurando suscepit, convertere: necessarium duximus ad hanc sacratissimam venire constitutionem, altius, et plenius hujusmodi causam corrigentes. Jubemus itaque omnes omnino, qui sub armis militant, sive maiores, sive minores (*milites* autem appellamus tam eos qui sub excelsis magistris militum tolerare noscuntur militiam, quam qui in undecim devotissimis scholis taxati sunt, nec non eos qui sub diversis optionibus fœderatorum<sup>63</sup> nomine sunt decorati) saltent in posterum ab omni conductione alienarum rerum temperare: scituros, quod ex ipso contractu ab initio sine aliquo facto, vel aliqua sententia cadant militia, et non sit regressus eis ad pristinum gradum, neque beneficio imperiali, neque consensu, vel permisso iudicis, sub quo tolerandam sortiti sunt militiam: ne, dum alienas res conductionis titulo esse gubernandas existimant, suas militias suamque opinionem amittant, ex militibus pagani, ex decoratis infames constituti: et quod post hujusmodi conductionem, (quam penitus interdicimus) a publico suscepit, et hoc sine aliqua mora, vel procastinatione, reddere compellantur. Scituris et ipsis, qui suas facultates post hanc legem eis ad conductionem permiserint, nostra lege eorum conainente violata, quod nulla eis exactio contra eas concedatur: *[ut]* qui alieni appetens constitutus militem procuratore elegerit, et *[a suis]* cadat redditibus. Pateat autem omnibus hujusmodi copia apud competentes iudices accusationis, ut qui in hac causa delator existat, laudandus magis quam vituperandus intelligatur: pena, quam contra milites nostrorum praecceptorum contempores, et ipsos qui eis conductiones rerum ad se pertinentium permiserint, statuimus, in futuris causis obtinente.

## TIT. LXVI.

### DE JURE EMPHYTEUTICO<sup>1</sup>.

1. Imp. ZENO A. Sebastianio P. P.

Jus emphyteuticum, neque conductionis, neque alienationis<sup>2</sup> esse titulis adjunctionis<sup>3</sup>, sed hoc tertium esse constituum, ab ipsisque memoratorium contractuum societate seu similitudine separatum: conceptionem [item] definitionemque habere propriam, et justum esse validumque contractum: in quo cuncta<sup>4</sup> qua inter utrasque contrahentium partes super omnibus vel etiam fortuitis casibus, passionibus, scriptura interveniente habitis, plaucenti, firma illibataque perpetua stabilitate modis omnibus debeat custodiri: ita ut si interdum ea que fortuitis casibus evenient, partorum non fuenterent conventione concepta, si quidem tanta emergerent clades que prorsus etiam ipsius rei que per emphyteusin data est, faciat interitum: hoc non emphyteuticario, cui nihil reliquum permaneat, sed rei dominio, qui quod fatalitate ingruerat, etiam nullo intercedente contractu habitus fuerat, imputetur. Sin vero particulare, vel aliud leve contingit damnum, ex quo non ipsa rei penitus luctatur substantia: hoc emphyteutarius suis partibus non dubitet adscribendum.

2. Imp. JUSTINIAN. A. Demostheni P. P.

In emphyteuticariis contractibus sancimus, siquidem aliqua pactiones<sup>4</sup> in emphyteuticis instrumentis fuerint conscriptæ: casum et in omnibus alius capitulis observari, et de rectione ejus qui emphyteusin suscepit, si solitam pensionem, vel publicarum functionum apochas<sup>5</sup> non præstiterit. Sin autem nihil super hoc capitulo fuerit pactum, sed per totum triennium<sup>6</sup> neque pecunias solverit, neque apochas domino tributorum reddiderit: volenti ei licere, eum a prædicti emphyteuticarii repellere, qui salubrare. — <sup>50</sup> d. L. 15, infr. de milii. — <sup>51</sup> N. 116, e. 1. — <sup>52</sup> Vide tamen L. 24, supr. infra unde vi. — <sup>53</sup> L. 29, L. 54, infr. L. 9, § 2, D. eod. — <sup>54</sup> L. 1, supr. L. 1, supr. unde vi. — <sup>55</sup> L. 51, supr. b. t. — <sup>56</sup> L. 24, supr. b. t. — <sup>57</sup> L. 10, in fin. lib. L. 2, supr. de conduct. ex lege. — <sup>58</sup> L. 12, supr. b. t. — <sup>59</sup> L. 25, § 2, 4, 8, 5, D. eod. — <sup>60</sup> L. 1, supr. de part. i. — <sup>61</sup> 4, D. eod. — <sup>62</sup> L. 51, supr. b. t. — <sup>63</sup> N. 116.

<sup>1</sup> Tit. LXVI. — <sup>2</sup> 1. 2, 3. Inst. de locat. *adde* tit. D. si ager rectig. et tit. D. de superficie. — <sup>3</sup> N. 7, e. 3. — <sup>4</sup> 2. *Immo vide* L. 7, supr. de re missa, non alien. — <sup>5</sup> 3. § 3. Inst. de locat. — <sup>6</sup> L. 1, supr. de part. i. — <sup>7</sup> 4, 7, § 4, D. eod. — <sup>8</sup> L. 54, infr. de dictur. — <sup>9</sup> 5. L. 19, supr. de fide iustrum. — <sup>10</sup> L. 4, D. b. t. L. 15, L. 1, supr. de episcop. aud. — <sup>11</sup> 6. L. 7, supr. de part. i. — <sup>12</sup> L. 15, § 2, 5, D. de verb. oblig. — <sup>13</sup> L. 12, N. 117, e. 12; *adde* L. 2, 2, 2, D. de divort. L. 15, L. 12, N. 117, e. 12; *juncto* L. 15, § 2, 2; D. de rit. nupt. — <sup>14</sup> L. 15, D. de reg. jur. — <sup>15</sup> *Immo vide* L. 7, supr. de repud. — <sup>16</sup> L. 66, D. de rit. nupt. — <sup>17</sup> L. 17, in fin. supr. de fide iustram. — <sup>18</sup> Supr. de his qui ven. relat. — <sup>19</sup> *adde* L. 7.

### CODICIS LIB. V, TIT. I.

nulla ei in posterum allegatione nomine meliorationis<sup>7</sup>, vel eorum que emponemata dicuntur, vel pena opponenda: sed omnimodo eo (si dominus voluerit) repellendo, neque pretende quod non est super hac cause inquietatus: cum neminem oporteat conventionem, vel admonitionem expectare, sed ultra sese offerre, et debitum spontanea voluntate persolvere, secundum quod et antiore lege nostri numinis generaliter cautum est. Ne autem ex hac causa dominis facultas oritur emphyteutas suos repellere, et redditum minime velle suscipere ut ex hujusmodi machinatione triennio elapo, suo iure qui emphyteusin suscepit, cadat: licentiam ei concedimus attestatione premissa, pecunias offerre<sup>8</sup>, hisque obsignatis, et secundum legem depositis, minime dejectionis timere periculum.

3. *Idem*, A. Juliano P. P.

Cum dubitabatur, utrum emphyteuta debeat cum domini voluntate suas meliorationes, que græco vocabulo *ἐπιφυτεύεσθαι* dicuntur, alienare, vel jus emphyteuticum in alium transferre, an ejus expectare consenserit? Sancimus, si quidem emphyteuticum instrumentum super hoc [casu] aliquas pactiones habeat, eas observari. Si autem nullo [modo hujusmodi] pactio interposita est, vel forte instrumentum emphyteuseos perdidit est: minime licere emphyteute sine consensu domini meliorationes suas alii vendere, vel jus emphyteuticum transferre. Sed ne hac occasione aecepit, domini minime concedant emphyteutas suos accipere pretia meliorationum qua invenerunt, sed eos deludent, et ex hoc commodum emphyteutæ deperat: disponimus, attestationem domino transmitti, et prædicere, quantum pretium ab alio [revera] accipi potest. Et si quidem dominus hoc dare maluerit, et tantam prestatre quantitatem, quantum ipse revera emphyteuta ab alio recipere potest, ipsum dominum omnino hæc compare<sup>9</sup>. Si autem duorum mensium spatium fuerit emensum, et dominus hoc facere noluerit: licentia emphyteute detur, ubi voluerit, et sine consensu domini meliorationes suas vendere: his personis<sup>10</sup> quo non solent in emphyteuticis contractibus veteri ad hujusmodi venire empitionem. Necessest autem habere dominos, si alii melioratio secundum prefatum modum vendita sit, accipere emphyteutam: vel si jus emphyteuticum ad personas non prohibitas, sed concessas et idoneas ad solvendum emphyteuticum canemem transponere emphyteuta maluerit: non contradicere, sed novum emphyteutam in possessionem suscipere, non per conductorem vel per procuratorem, sed ipsos dominos per se, vel per literas suas, vel (si hoc non potuerint vel noluerint) per depositionem in hac quidem civitate apud virum clarissimum magistrum<sup>11</sup> censum, vel praesentibus tabulariis per attestacionem, in provinciis autem per praesides vel defensores celebrandam. Et ne avaritia domini magnam molem pecuniarum propter hoc efflagitent: (quod usque ad presens tempus prestari cognovimus) non amplius eis licet pro subscriptione [sua] vel depositione, nisi quinque annos partem preti, vel astimationis loci qui ad aliam personam transferri, accipere. Sin autem novum emphyteutam vel emptorem meliorationis suscipere minime dominus maluerit, et attestatione facta infra duos menses hoc facere supersederit: licere emphyteutæ etiam non consentientibus dominis ad alios suum jus, vel emphyteutam transferre. Sin autem alterius fuerit versatus, quam nostra constitutio disposita, jure emphyteutico cadat.

### LIBER QUINTUS.

#### TIT. I.

##### DE SPONSALIBUS<sup>1</sup>, ET ARRIS SPONSALITIIS, ET PROXENETICIS.

1. Imp. DIOCLET. et MAXIM. AA. et CC. Annonariae.

Alii desponsate renunciare<sup>2</sup> conditioni, et nubere alii non prohibentur.

2. Imp. CONSTANTIUS A. et CONSTANS C. ad Pacatianum P. P.

Si is qui puellam suis nuptiis pactus est, intra biennium<sup>3</sup> exequi nuptias in eadem provincia degens supersederit, ejusque spatii fine decurso, in alterius postea conjugacione pucilla perversor, nihil fraudis ei sit

<sup>1</sup> Confer. L. 61, D. locati. — <sup>2</sup> L. 53, supr. de episcop. aud. — <sup>3</sup> Add. N. 22, e. 14, 15. — <sup>4</sup> L. 12, in fin. D. b. t. — <sup>5</sup> L. 15, § 2, 5, D. de verb. oblig. — <sup>6</sup> N. 1, e. 1. — <sup>7</sup> L. 15, c. 2, 3. Inst. de locat. — <sup>8</sup> L. 12, N. 117, c. 12; *adde* L. 15, § 2, 2; D. de rit. nupt. — <sup>9</sup> L. 15, D. de reg. jur. — <sup>10</sup> L. 19, D. de verb. oblig. — <sup>11</sup> L. 12, L. 15, c. 8, 9. — <sup>12</sup> L. 15, D. de reg. jur. — <sup>13</sup> L. 12, N. 117, c. 12; *adde* L. 15, § 2, 2; D. de rit. nupt. — <sup>14</sup> L. 15, D. de reg. jur. — <sup>15</sup> L. 12, N. 117, c. 12; *adde* L. 15, § 2, 2; D. de rit. nupt. — <sup>16</sup> L. 15, D. de reg. jur. — <sup>17</sup> L. 15, D. de rit. nupt. — <sup>18</sup> L. 15, D. de reg. jur. — <sup>19</sup> L. 15, D. de rit. nupt. — <sup>20</sup> L. 15, D. de reg. jur. — <sup>21</sup>

## TIT. II.

SI RECTOR PROVINCLÆ<sup>1</sup>, VEL AD EUM PERTINENTES  
SPONSALITIA DEDERINT.

1. Imp. GRATIAN., VALENT. et THEOD. AAA. Eutropio P. P.

Si quis in potestate publica positus, atque honore administrandarum provinciarum, qui parentibus, aut tutoribus, aut curatoribus, aut ipsis que matrimonium contracturæ sunt, potest esse terribilis, arras sponsalitias dederit, jubemus, ut deinceps, sive parentes, sive eadem mutantur voluntate: non modo juris laqueo liberentur, pena que [statuta] expertes sint: sed extrinsecus date pignora lucrative habeant, si ea non potest esse reddenda. Quod ita late patere volumus, ut non solum circa administrantes, sed etiam circa administrative filios, nepotes ac propinquos: [et] participes [id est, consiliarios.] domesticosque locum habeat: quibus tamen administrator operam dederit. Impleri autem id postea matrimonium non vetamus, quod tempore potestatis ob eas personas de quibus locuti sumus, arris fuerat obligatum, si sponsorum consensus act. dat. — Dat. 45 kalend. Jul. Thessalonice, DD. NN. GRATIANO A. 3 et THEOD. A. Conss. 380.

## TIT. III.

DE DONATIONIBUS<sup>4</sup> ANTE NUPTIAS, VEL PROPTER  
NUPTIAS, ET SPONSALITIIS.

1. Imp. SEVER. et ANTON. Metrodoro.

Multum interest, si ea quæ donat vir futuros, tradiderit<sup>2</sup> uxori, et postea in dotem accepit: an vero donandi animo dotem auxerit, ut videatur accepisse, quod non accepit: priore enim casu donatio non impeditur, et res quæ in ea causa sunt dotis effecta, iudicio de doti peti possunt: posteriori [autem casu] nihil actum est donatione: et quod in dotem datum non est, repeti non potest.

2. Imp. ALEXAND. A. Attalo.

Si præsidi provincie probaveris, ut Eutychiam uxorem duceres, munera te parentibus ejus dedisse: nisi Eutychia tibi nupserit, [tibi] restituisti, quod dedisti jubebit.

3. Idem, A. Marcella.

Pollicipatione a fratre quondam tuo sponsalium causa facta, etsi in stipulationem deducta sit, ideo praestanda non fuit, quoniam in dote utorum feſellus: exceptionem<sup>3</sup> [itaque dol] adversus actionem ex stipulatu recte objicis.

4. Imp. GORDIAN. A. Marcello.

Quod sponsæ ea lege<sup>4</sup> donatur, ut [iunc] dominium ejus adipiscatur, cum nuptiæ fuerint secutæ, sine effectu est.

5. Imp. VALERIAN. et GALLIEN. AA. Theodoræ.

Ea tibi ut sponsæ daturum se promisit is, qui te facto colibatu<sup>5</sup>, cum aliam matremfamilias domi reliquisset, sollicitavit ad nuptias, pertere cùm effectu non potes: cum tu sponsa, uxore domi posita, non fuisti.

6. Imp. AURELIANUS A. Donatae.

Cum in te simplicem donationem dicas factam esse die nuptiarum, et in ambiguum possit venire, utrum a sposo, an a marito donatum sit: sic distinguendum est, ut, si in tua domo donum acceptum est, ante nuptias videatur facta esse donatione: quod si penes se dedit sposus, retrahit possit: utorum enim fuisti<sup>6</sup>.

7. Imp. CARUS, CARIN. et NUMER. AAA. Luciane.

Si, cum ante nuptias munera darentur, ita convenientem est, atque hujusmodi conscripta est pactio, ut si qua sors extitisset contra voluntatem ejus, et matrimonium disrassisset, tunc quæ data erant, apud eum qui dedisset, heredemque ejus remanerent: potest, qui hereditatem ejus accepit, cui pacta puella munera lege predicta suscepere, eadem jure postulare.

Tir. II. — 1. L. un. infra: si quacunque præd. pot.; L. 58, L. 65, L. 65, D. de rit. nupt.; N. Leon. 20: odd. L. un. supr. de contract. judic.

Tir. — III. 4. N. 97. N. 119. pr. § 5. Inst. de donat. — 2. Arg. L. 4. inf. h. t.; L. 5, inf. de secund. impl. — 3. L. 56. de verb. oblig. — 4. L. 32, § 22. D. de donat. inter vir. et ux. — 5. L. 27, § 2. D. de verb. oblig. — 5. L. 18. inf. ad leg. Jul. de adult. — 6. L. 5. D. de rit. mpt.; L. 1. pen. D. de donat. inter vir. et ux. — 7. N. 61. — 8. L. 12. inf. h. t. — 9. L. 1. inf. de revoc. donat. — 10. Immo vide L. 15. inf. h. t. — 11. d. L. 1: vide tamén L. 15. L. 16. inf. cod. — 12. L. 7. supr. de condic. ob caus. — 13. L. 9. supr. h. t.; L. 22. inf. de donat. inter vir. et ux. — 14. L. 2. inf. de revocand. inf. fine in fraud. — 15. L. 15. inf. de donat. — 16. L. 1. 2. D. de except. rei vend. — 17. L. 10. L. 11. supr. h. t. — 18. Immo vide L. 9. supr. cod. — 19. L. ult. § 1. inf. de jure dot. — 20. L. 34, § 1. inf. de donat. — 21. N. 127, c. 1.

8. Imp. DIOCLET. et MAXIM. AA. et CC. Euphrosynæ.

Si ante matrimonium major quinque et viginti annis constitutus, sponsus suæ, licet ante sponsalia, fundum<sup>7</sup> donavit, eamque in vacuum induxit possessionem: postea nullo titulo superstitem, vel testamento eundem relinquenter, alienare potuisse certi ac manifesti juris est.

9. Idem, AA. et CC. Juliano.

Cum re sponsæ filii tui quedam donasse<sup>8</sup> confitearis: perfectam donationem rescindi, nec nostro oportet rescripto<sup>9</sup>, quam tua voluntas juriisque auctoritas fecit ratam.

10. Idem, AA. et CC. Dionysio.

Si filiæ tue sponsus, ei mancipium donavit, ac tu in eum jumenta liberalitatis ratione contulisti, nec nupsiis secutis, contra juris rationem, quod dederat, abstulit: non invicem datorum restitutio<sup>10</sup>, sed ejus quod illicite rapuit, repetitio competit.

11. Idem, AA. et CC. Neæ.

Si tibi res proprias liberalitatis causa sponsus tuus tradidit, eo quod ab hostibus postea interfectus est, irrita donatione fieri non potest<sup>11</sup>.

12. Idem, AA. et CC. Timotheæ et Creotimæ.

Si mater vestra filiæ suæ sponsò, vel marito prædia sine<sup>12</sup> ulla repetendi lege donavit, et eum in vacuum possessionem induxit: nupsiis divortio solitus, perfecta non dissolvitur donatio<sup>13</sup>.

13. Idem, AA. et CC. Alexandro.

De rebus in sponsam donationis gratia collatis, creditores mariti faci, si non prius<sup>14</sup> obligatas eas sibi probent, eam convenire minime possunt.

14. Idem, AA. et CC. Aurelia.

Si consentiente matre sua sponsus filiae tue mancipia donavit: et, his acceptis in dotem non estimatis<sup>15</sup>, in matrimonio post decessit: mater eademque heres<sup>16</sup> ejus pretium offerens, restitutionem eorum improbe recusat.

15. Imp. CONSTANTINUS A. ad Maximum prefectum urbi.

Cum veterum<sup>17</sup> sententia displiceat, quæ donationes in sponsam nupsiis quoque non secutis decrevit valere, ea, que largiendi animo inter sponsos, et sponsas jure celebrantur, redigi ad hujusmodi conditions jubes: ut sive [ad]finitatis coenadas causa, sive non la, vel in potestate patris degentes, vel ullo modo proprii juris constituti, tanquam futuri causa matrimonii aliquid sibi ipsi, vel consensu parentum multo largiantur: si quidem sponsus, [vel] parentes ejus: [sortiri] filium [noluerint] uxorem: id quod ab eo donatum fuerit, nec repetatur<sup>18</sup> traditum: et si quid apud donatorem resedit, ad sponsam, [et heredes ejus] summotis ambagibus transferatur. Quod si sponsa, vel is, in cuius agit potestate, causam non contrahendi matrimonii præbuerit: tunc sposo ejusque heredibus sine aliqua diminutione [per] conditionem, aut per utiliem actionem in rem] redhibeantur. Quia similiter observari oportet, et si ex parte sponsi in sponsum donatione facta sit. — Dat. 16. kal. novemb. — P. P. 6. kal. sept. Romæ, CONSTANTINO A. 3 et LICINIO Conss. 319.

16. Idem, A. ad Tiberianum vicarium Hispaniarum.

Si a sposo rebus sponsa donatis interveniente osculo ante nuptias hunc, vel illam mori contigerit, dimidiam partem rerum donatarum ad superstitem pertinere præcipimus, dimidiam ad defuncti, vel defunctæ heredes, cujuslibet gradus sint, et quoconque jure successerint ut donatio stare [pro] parte dimidia, et resolvit pro parte dimidia videatur. Osculo vero non interveniente, sive sponsus, sive sponsa obierit, totam infirmari donationem, et donatori sponso, vel heredibus ejus restituti. Quod si sponsa interveniente, vel non interveniente osculo, donationis titulus (quod raro accidit) fuerit aliquid sponso largita et ante nuptias hunc, vel illam mori contigerit: omni donatione infirmata, ad donatricem sponsam, sive ejus successores, donatarum rerum dominium transferatur. — Accept. 13. kal. Maji, Hispali, NEPOTIANO et PACATO Conss. 336.

17. Imp. THEOD. et VALENT. AA. Hierio P. P.

Minoribus ætate feminis, etiam actorum testimonia<sup>19</sup> [in ante nup-

tias donatione ad eas facta omissa,] si patris auxilio destituta sint, juste consulitur, ut firma donatio sit. — Dat. 10. kal. Mart. Constantinop. TAURO et FELICE Conss. 428.

18. Imp. ZENO A. Sebastiano P. P.

Si liberis ex priore matrimonio procreatis pater ad secundas migraverit nupsiis, vel non migraverit: nihil omnino filii prioris conjugij ex donatione ante nupsiis quam ipse, vel alius pro ipso uxori quondam ejus matri communum liberorum donaverit, servare cogitur: quoniam et mater liberis ex priore matrimonio extantibus, post secundas nupsiis, multo amplius si non fuerit alteri marito sociata, nihil istic filii ex dote<sup>20</sup> quam patri eorum ipsa, vel alius pro ea obtulerit, servare compellitur.

19. Imp. JUSTINUS A. Archelao P. P.

Si constante matrimonio consilium augendæ dotis inheret, vel uxor forte, vel ejus nomine quilibet aliis: nihil omnino marito quoque licet, seu pro marito cuilibet alii, tanto donationem<sup>21</sup> ante nupsiis additamento majorem facere, quanto dotis augetur titulus. Nec obsit in hujusmodi munificentis interdictis<sup>22</sup> esse liberalitatem tempore nupsiarum: indulgendum est namque consensiū communī partium: ne, cum negetur augendæ potestas donationis, dotis etiam pigris constitutior augmentum. Idemque licet præcipimus, etiam in his matrimonii, in quibus interdum accidit ante nupsiis quidem donationem nullam esse, solam vero dotem marito muliere obtulisse: ut etiam tunc muliere dotem augente, licet<sup>23</sup> marito quoque donationem in uxorem suam ejusdem quantitatibus facere, quantum aucta dos continuo dignoscitur: pacis<sup>24</sup> videlicet de redhibitione, vel retentione aucta dotis, vel donationis (prout partes consenserint) pro jam statuto modo ineundis, sive injungendis veteribus pacis, que initio nupsiarum ante nupsiis donatione, et dotis principaliiter constituenda inita sunt. Jura etiam hypothecarum, que in augenda dote vel donatione fuerint, ex eo tempore initium accipiunt, ex quo eadem hypotheca contracta sunt, et non ad prioris dotis, vel ante nupsiis donationis tempora referantur. Sed et si et contrario maritus et uxor ad diminuendam dotem, et ante nupsiis donationem consenserint: licet eis ad similitudinem diminutionis quæ in dote fit, etiam ante nupsiis minuere donationem: ut pacta de amborum diminutionibus inveniuntur, et firmata et legitima, esse intelligantur: exceptis videlicet his casibus, in quibus aut maritus ex priore matrimonio liberos habens, ad secundas migraverit nupsiis: aut uxor similiter anterie matrimonio liberis extantibus, secundo marito se junxerit: in hoc enim secundo matrimonio vel a parte mariti, vel a parte mulieris, vel ab utraque (si hoc etiam acciderit) interdictam esse diminutionem dotis: vel ante nupsiis donationis, ne aliquid adversus filios prioris matrimonii machinari videatur, censemus.

In AUTHENT. de æqual. dot. et propter nupt. don., § aliud, coll. 7, tit. 9, al. 8, Novell. 97, cap. 2.

Sed jam necesse est, si alia pars augmentum præstat, alteram quoque partem incrementum celebrare: et si quidem in alieno ære impeditatur, in rebus quibuslibet procedat, augmentum. At si debitor sit, ne fraudis erga creditores suspicio subesse possit, omnino res immobiles incremento dotis proficiant. Si enim mulier immobilis substantia domina res mobiles in augmentationem deredit: in hac parte dotis nullu[m] uetur adversus alios creditores privilegio.

20. Imp. JUSTINIANUS A. Joanni P. P.

Cum multis nobis interpellationes facta sint adversus maritos qui decipiendo suas uxores, faciebant donationes quas ante nupsiis antiquitas nominavit, insinuare autem eas actis in'eventibus supersedeant, ut infecta maneat, et ipsi quidem dotis commoda lucentur, uxores autem sine nupsiis remedio relinquantur: sancimus, nomine prius emendato, ita rem corrigi, et non ante nupsiis donationem<sup>25</sup> eandem vocari, sed propter nupsiis [donationem.] Quare enim dotem quidem etiam consenserint, cum ea sit quantitas, et pacta dotalium concedant parti viri: nullam super eis habeat vir actionem.

Eo decursum est, ut sponsalitæ largitas specialis sit contractus, nec insinuationem desideret, etiam ab alio deitur, licet in viri personam donatione fiat, quatenus ipse in hunc contractum conscribat: hoc quantum ad mulierem. At si vir, vel alius qui dederit eam, non insinuet, cum ea sit quantitas, et pacta dotalium concedant parti viri: nullam super eis habeat vir actionem.

Pater donationem propter nupsiis quam contulit in uxorem, non cogitur servare liberis prioris matrimonii; et si ad secundas nupsiis migraverit: alius est, si apud maritum aliquid ex dote, vel apud mulierem ex donatione resedit. Illud enim servare liberis prioris matrimonii debet.

In AUTHENT. de æqualit. do., § Aliud, coll. 7, tit. 10, al. 8, Novell. 97, cap. 2.

Nunc inhibetur diminutio, ne fraus fiat liberis prioris matrimonii<sup>36</sup>, quorum unicuique, etiam cui minus datum est, dare tantum cogiatur, quantum secundæ uxori: ita etiam a parte uxoris.

20. L. 6. § 1. inf. de secund. nupt. — 21. L. 20. vers. sancimus, inf. h. t.; N. 97, c. 2. L. 16. inf. cod. — 22. L. 7. supr. de condic. ob caus. — 23. L. 9. supr. h. t.; L. 22. inf. de donat. inter vir. et ux. — 24. L. 2. inf. de revocand. inf. fine in fraud. — 25. L. 15. inf. de donat. — 26. L. 1. 2. D. de except. rei vend. — 27. L. 10. L. 11. supr. h. t. — 28. L. 1. D. de donat. inter vir. et ux. — 29. L. 1. D. de donat. inter vir. et ux. — 30. L. 9. L. 10. inf. de pact. convent. — 31. L. 7. § 7. D. de pact. — 32. d. L. 9. inf. de pact. convent. — 33. d. L. 10. inf. d. — 34. N. 97. — 35. L. 19. supr. h. t. — 36. d. L. 19. in fin.

et non simplex donatio. Ideo enim et antiqui juris conditores inter donationes etiam dotes connumerant. Si igitur et nomine et substantia nihil distat a dote ante nupsiis donatione: quare non etiam ea simili modo et matrimonio contracto dabatur? Sancimus itaque omnes licentiam habere, sive prius quam matrimonia contraxerint, sive postea<sup>28</sup>, donationes mulieribus dare propter dotis donationem: ut non simplices donationes intelligentur, sed propter dotem, et propter nupsiis facta.

In AUTHENT. ut immo. ante nupt. don., § Si quis, coll. 5, tit. 16, al. 14, Nov. 61, cap. 1.

Permissa est et in rem actio pro tali donatione mulieri adversus omnes possessores. Simplices etenim donationes non propter nupsiis sunt, sed propter<sup>29</sup> nupsiis vetitas sunt, et propter alias causas, et libidines forsan, vel unius partis egestatem, non propter ipsarum nupsiarum affectionem efficiuntur. Si igitur dote jam præstata, maritus nulla ante nupsiis donatione facta donare mulieri res maluerit, ita tamen ut dotis<sup>30</sup> quantitatem non excedant, et hoc ipsum significaverit, quod non simplicem faciat donationem, sed propter dotem jam conscripat, et ipse ad donationem venerit, licet hoc ei facere, et supponatur pactis dotibus hujusmodi donatione: et si quidem hoc specialiter fuerit expressum pacta conventa<sup>31</sup> servari oportet. Sin [autem] donatione quidem talis facta sit, utpote dotali instrumento antecedente, nulla autem pacta tali donationi post nupsiis inseruntur: re ipsa videatur hoc esse pactum, ut secundum dotalia conventiones intelligantur, et in tali donatione pacta fusse convenia, ut aquis passibus utraque ambulet, tam dos, quam donatione ita tamen, ut Leoniana<sup>32</sup> constitutio (qua super exæquatione pactiū loquitur, non in quantitate, sed in partibus) maneat in his casibus intacta, et non solum ea immutata custodiatur, sed etiam nostra<sup>33</sup> quam de interpretatione ejus fecimus, ambiguitatem ejus tollentes, disparibus in actionibus factis, maiorem lucri partem ad minorem deducendam esse censemus, ut eodem modo uterque minorem partem lucretur.